

1779.

(Chewaher Joannes, rector Acad. Vilnensis)

Illustri Dno schediasma encomiasticou D. D. D.

PERILLUSTRI ADMODUM REVE-
RENDO DOMINO

JOANNI
CHEWALIER

SACRÆ THEOL: & SS. CAN: DOCTORI GRA-
VISSIMO, PRÆLATO ECCL: SS. TRINIT:
DIGNISSIMO,

RECTORI ACADEMIÆ

ET
Universitatis Vîln: Magnifico
VIRO

Multifariâ Eruditione
Dexteritate informandi eximia
Morumq; probitate singulari

ORNATISSIMO.

*Recens Supremis ejusdem Acad: & Universit: fascibus Publicâ Rei-
publicæ Aucttoritate admoto Hoc scheidiasma Encomiasticon.*

D. D. D.



ANNO DNI MDCCLXXIX.

Audax Elogii genus est:
Laudare Eum velle, Qui totus elogium est.

Totus, ut reor elogium est, qui omnem laudis feriem complexus,
suo merito Laudatur ab omnibus summis & imis scilicet,

HÆC TUA LAUS EST
P. A. R. D. RECTOR MAGNIFICE.
Rara profecto atq; Præclara,

Cui si minus paucis nec terfis ad unguem versiculis, rudis
& incompta musa respondere videatur; indoli fortasse
benevolæ atq; eximiæ utcumquè faciat satis.

Viro enim Sapienti Sapientis, (*) ut reor, placitum:
Ne quid nimis. Placet nimis.

Parendum, ut Par est, placito, eâ tamen adjectâ clausulâ:
Cum de Tuis laudibus agitur:
Nihil nimis.

(*) *Id est: Unius è septem Graciâ Sapientibus, cui nomen Cleobulo.*



APPLAUSUS



Gratuler? an tacito cultu Tua Sceptra verebor

O qui Magnifici munere clarus ades!

Officium deferre jubet studiosa voluntas,

Ars tamen id refugit, nec juvat ingenium.

Quem doctrina sagax, virtus spectata perornat,

Atq; per ora virum Laus utriusq; sonat.

Triplice quem Lauro cingens Academica Pallas,

Arte parem summis comprobat esse Sophis



Quem modò Magnificum per tot Suffragia Regni,
Publica vota legunt, Publica vota creant ,
Deniq; quī meritis, titulis & fascibus auctus,
Artibus ingenuis ingenuiifq; præest.
Hunc celebrare Virum ; non est unius, at omnis
Hoc opus, hic Labor est; artis & ingenii.



XVIII.2.1197

<http://rcin.org.pl>

1996

R
XVIII. 2. 1197